

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

729. An, & qualiter potestas conferendi sit penes possessorem carentem  
proprietate juris conferendi isque valide conferat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

Prælatus naturaliter mortuus, & taliter suspensus  
five excommunicatus. Lott. loc. cit. n. 16. & Fran-  
cūs in eis, cap. unicūm. n. 2. vide dicta de electione  
in quæst. num excommunicato non tolerato com-  
petat jus suffragii.

2. Respondeo secundò : si tamen denunciatus  
non est, adeoque toleratus, potest conferre tametsi  
propter taliter etiam excommunicatum collata-  
rium vel electum collatio & electio passiva sit ir-  
rita. Laym. paulò post citand. citans Suar. de cens.  
d. 12. f. 1. n. 26. vide dicta de eligendis) quia per  
talem facta valent; cùm non sit privatus nec po-  
testate hac, nec ejus exercitio, priusquam sit decla-  
ratus, idque propter Extrav. Martini. v. ad evitanda.  
Paris de regn. l. 1. q. 7. nu. 17. Laym. in c. dilectus, de  
consuetud. Castrop. loc. cit. Paſterin. de elect. c. 10.  
nu. 640. juxta quamplurimas Rota decis. ab ipso  
citatas. Proceditque idipsum etiam respectu illo-  
rum collatariorum, quibus nota est excommuni-  
catio collatoris, modo ea de cetero non sit denun-  
ciata seu notoria. Garc. Garc. p. 5. c. 4. n. 313. Item  
procedit, etiamsi collator talis non denunciatus &  
notorius, de cetero sit excommunicatus publicus.  
Suar. tom. 5. de cens. d. 14. f. 2. n. 3. Sayr. de cens. l. 1. c. 6.  
n. 3. Gomes. de expect. n. 60. Ugolini. Covar. &c.  
apud Garc. loc. cit. nu. 323. contra sundem Garc.  
hoc nixum fundamento; quòd licet acta à judice  
excommunicato publico, non tamen denunciato  
aut notorio aut publico percussore Clerici ad in-  
stantiam seu petitionem partis sint valida, etiamsi  
pars sciat esse excommunicatum; cùm vi Extrav.  
ad evitanda, non teneamur vitare hujusmodi ex-  
communicatum; facta tamen ex officio à tali ex-  
communicato publico non valeant stante jure  
antiquo, in quòd, quod ad hoc nihil innovat dicta Extrav. jam verò collatio sit quædam dona-  
tio, & conferens procedat ex officio, & non ad  
instantiam partis, ac proinde nulla ei gratia aut fa-  
vor competit; quod fundamentum tamen falsum  
est; cùm licet procedat ex officio, sit tamen obli-  
gatus ad hoc officium exercendum, dum persistit  
in possessione conferendi beneficia; & collatio nor-  
tam est favor conferentis, quām illorum, quibus  
beneficia conferuntur: quibus proinde, dum ex-  
communicati sunt vi Extrav. ad evitandū, nullus  
competit favor, adeoque facta excommunicatis  
collatio, non secūs ac facta de electio, est in-  
valida.

3. Respondeo tertio : idem, & multò magis  
dicendum de excommunicato occulto; nimirum  
ejus acta sustinenda. Zoësius ad lit. de elect. n. 11. ci-  
tans plures. Castrop. cit. n. 12. Idem cum Castrop.  
(et si excommunicatum toleratum cum occulto  
confundat) tradit Lott. loc. cit. n. 18. ubi ex Abb.  
in c. si verè, de sent. excomm. n. 9. & Socino in c. sa-  
cris. tit. eodem. n. 88. excommunicatum toleratum  
dicit, qui occultus est (qualiter tamen in ordine ad  
validam collationem occultus non censetur ex  
ignorantia solius collatarii, ut ibidem n. 19. Lott.  
ex Socino loc. cit.) & num. 24. ubi ex Bonacini.  
tr. de cens. d. 2. q. 4. p. 5. propos. 2. n. 6. & aliis excom-  
municatum toleratum seu occultum validè confer-  
re, & hinc cavendum à Rota decis. 324. n. 2. p. 1. in  
recent. supponente collationem non valere, et si ex-  
communicatio collatoris esset occulta, nisi forrē  
intelligenda de occulta soli collatario; subdit ta-  
men Lott. n. 25. si loquamus de collatione bene-  
ficii, quæ jure aliquo singulari spectat ad aliquem  
privatum, atque ita ratione publici officii, hoc ca-

su nulla est differentia inter occultum & manife-  
stum excommunicatum, vel inter ea, quæ tendunt  
ad ejus favorem, & ea, quæ ab ipso procedunt in  
favorem alterius. citat pro hoc Abb., in c. postula-  
tis. de Clerico excommunicato. Jo. And. Innoc. Caf-  
fad. &c. consentit quòd ad hoc cum Lotterio Garc.  
p. 5. c. 4. n. 314. Et de tali excommunicato occulto in-  
telligentus videtur Paris. l. 11. q. 1. n. 16. ubi : colla-  
tio facta ab excommunicato occulto non valet; ci-  
tans pro hoc c. cùm inter. de elect. Archid. in c. nullus.  
dis. 60. & n. 17. ubi : idque etiam, si collator igno-  
raret se excommunicatum. Gl. in c. penult. de Cle-  
rico excommunicato. Abb. in c. postulatis. de appell. &c.  
Verùm hæc Lotterii doctrina non subsistit cum di-  
ctis q. ante hanc tertiad. limitatione tertiad. ex Castrop.  
Quin etiam, quòd idem dicendum sit, nimirum  
valere gesta per talem, adeoque & factam ab eo  
collationem, sic exigente necessitate & utilitate  
publica, qui est excommunicatus denunciatus &  
notorius quidem alibi, in loco tamen exerciti, &  
actus habendi habetur pro non excommunicato,  
ex Abbatे & Zoësi dictum fuit alibi, ubi actum,  
qualiter excommunicatus possit eligere, quæ revi-  
denda; quia pleraque pari modo procedunt de  
collatore ex collatione; ubi etiam, qualiter su-  
spensus aut interdictus eligere possit, qua facile  
ad collatores quoque applicari poterunt; vide eti-  
am Card. de Luca de benef. d. 23. ubi : qualiter ex-  
communicato toto aliquo Capitulo, vel aliquibus  
Capitularibus tantum, competat conferre.

*Quæstio 729. An, & qualiter potestas con-  
ferendi sit penes possessorem carentem pro-  
prietate juris conferendi, isque valide con-  
ferat?*

1. Respondeo : præter dicta superius de eo, qui  
rabique proprietate est in possessione præten-  
tandi, posse illum, qui re ipsa non habet proprieta-  
tem juris conferendi, est tamen in possessione bo-  
nae fidei conferendi, licet & valide conferre. cap.  
cùm Ecclesia Surina. c. cùm olim. de causa possesi. &  
propriet. & Gl. ibi cum communi DD. Castrop. de  
benef. d. 2. p. 28. n. 1. Garc. p. 5. c. 5. à n. 1. Tond. in  
qq. benef. p. 3. c. 116. n. 11. Lott. l. 2. q. 45. n. 2. ubi ci-  
tans pro hoc plures, quòd dicta quasi possessio sat-  
is suffragetur proviso, etiam non doceatur de  
proprietate, ed quòd, ut ait num. 6. is, qui possi-  
det, inspecto præsente statu, plenius jus habet,  
quām considerari possit in quoconque alio, qui  
non possidet, præteridque proprietatem. Et quando agitur de hac quasi possessione conferen-  
di, & inde causato ultimo statu, non attenditur  
quis anterior statutus contrarius, quòd sit, ut manu-  
teneri debeat, qui postremo loco possidet, etiam  
constaret non tantum de anteriore possessione, si-  
ve quòd alias ante fuit in possessione conferendi,  
sed & de proprietate pertinente ad alium, satis sit,  
non detegi dolum seu malam fidem, ita ut in hoc  
casu sola opinio pertinentia præbeat titulum; unde  
etiam in reservationibus & mandatis apostolici-  
cis, in quibus reservantur, vel mandantur provi-  
deri beneficia spectantia ad collationem, prætentio-  
nem, electionem aliquorum, non habetur in  
consideratione proprietas illorum iurium, sed sim-  
plex & nudum exercitium, atque ita simplex &  
nuda possessio. Lott. l. 2. q. 34. n. 26. & 27. citans  
Cassad. Simonet. Gregor. &c. limitat tamen hoc  
ipsum Lott. cit. q. 45. nu. 13. ubi : quòd existimet,

hanc

hanc possessionem non prodeesse, si lis esset inter ipsos collatores, & illico ostenderetur claudestina & precariò habita collatio. Et si secus sit, & neutra harum exceptionum admittatur, si lis est inter solos provisos, ita ut in hoc casu ex parte hujus possessionis probanda non sit scientia alterius.

2. Ampliatur autem responso primò, ut procedat, dum quis tantum est possessor bona fidei in consequentiā, & non principaliter, v.g. dum est in possessione bona fidei, etiam circa proprietatem, castris, villa, majoratus, dignitatis, beneficii, quibus annexum est (aut bona fide annexum esse creditur, nimirum probabilibus rationibus, & possessione pitorum hæc annexitas) jus conferendi, eligendi, præsentandi, etiam si nuncquam adhuc contulerit, præsentarit &c. Castrop. loc. cit. Garc. loc. cit. nu. 9. 15. 20. citans Bellam. cons. 700. Lamb. de jurep. p. 2. l. 1. q. 9. a. 3. n. 8. Navar. cons. 2. de jurep. &c. modò tamen talis dignitas vel beneficium non sunt reservata; tunc enim, quantumcunque bona fide possideantur dignitas vel beneficium, præsentatio, collatio erit nulla propter decretem irritans, quod inficit & annullat titulum & possessionem, & sic caret omni effectu & juris administriculo. Garc. n. 20. & 21. citans Simonet. de reserv. q. 44. Gigas de intruso. n. 97. Gonz. gl. 15. nu. 97. &c. idque etiam si possessor beneficii esset bona fidei, quia & ipse, & is, à quo illud accepit, reservationem ignorarunt: decretem siquidem irritans afficit etiam ignorantes, & acquisitionem fructuum impedit. Garc. nu. 22. & 23. contra Ænu. de Falcon. de reserv. q. 4. effectu 26. Aegid. decis. 66. Navar. loc. cit. & alios. Et contra intrusum in beneficio reservato, nisi titulum habeat à Papa, fit condemnatio fructuum à die intrusionis. Garc. num. 24. citans Pontan. de spolio. l. 4. n. 24. Mandos. cons. 34. num. 10. Bellam. in c. gravis, de restit. spoliat. Papanzon. Caputaq. &c. quamvis alias non fiat condemnatio fructuum, nisi à die mortis litis, id est, à tempore citationis legitime executæ, etiam in spolio, nisi constet de mala fide. Garc. n. 25. citans Mandos. Bellam. &c. vide de his fusè Garcian. à n. 27.

3. Ampliatur secundò, ut procedat, dum quis est heres, vel etiam Successor defuncti, quem constat fuisse in possessione juris conferendi, ita ut quasi possessio defuncti seu antecessoris sufficiat. Castrop. loc. cit. Garc. nu. 33. & 37. citans Lamb. p. 1. l. 2. q. 3. 4. 22. Gutt. cons. 3. n. 2. &c. contra Gabriel. & alios, volentes quasi possessionem juris, seu conferendi sine acta à successore in successorem non transire, nec acquiri à successore; jura enim & possessio jurium incorporalium defuncti transeunt in heredem seu successorem, & continuatur possessio in successore sine nova apprehensione aut novo exercitio. Castrop. Garc. ll. cit. juxta doctrinam Baldi in l. in suis. ff. de liberis & postibimus. oppositione 4. & Rota in una Benevent. censu. 13. Junii 1594. quam refert Garc. n. 44. & Tiraquell. quem citat Garc. nu. 39. addit. quod possessio talis juris præsentandi vel conferendi retinetur per Ecclesiam seu dignitatem, etiam mortuo Prælato. Garc. n. 38. citans Felin. in c. constitut. de rescript. num. 19. Lamb. p. 3. l. 2. q. 11. 4. 9. Caffad. decis. 7. n. 13. de causa poss. & propriet. & Rotam.

4. Ampliatur tertio, ut procedat, etiam si ante præsentationem, electionem, collationem lis mota sit super proprietate juris præsentandi vel conferendi; quia possessor ob item motam de proprietate non debet carere fructibus possessionis, jux-

ta c. 1. ut lite pendente, in 6. Castrop. loc. cit. num. 3. Garc. ab eo citatus p. 5. l. 6. nu. 22. cum aliis ab eo relatis. Secus tamen est, ubi lis moveretur super possessione; tunc enim, cum utriusque litigantium sit æquale jus dubium, & uterque in solidum provide nequeat, exspectandus erit litis eventus. Autores iidem.

5. Atque ex his jam sequitur, quod provisus à possesso tali præferendus est proviso à proprietario, juxta cit. c. cum Ecclesia Sutrina. & c. cum olim. de causa poss. & prop. Tond. p. 3. c. 166. n. 11. Garc. loc. cit. n. 4. citans Abb. in c. consultationibus. dejur. rep. Staph. de lit. gratie. tit. de modo & forma impet. § 4. n. 7. Covar. qq. pract. c. 18. n. 2. Paris. de resign. 1. 7. q. 23. n. 40. qui dicat sic apud omnes esse receptum. Gutt. cons. 4. nu. 34. & plures alios præter plures Rotæ decis. & hujus ratio data sub initium questionis ex Lotterio.

6. Verum hæc illatio limitanda primò; ut non procedat, dum ante factam præsentationem, collationem &c. constitueretur de proprietate, seu declaratum fuisset, proprietatem spectare ad alterum; jam enim sicut is, qui eosque fuerat possessor bona fidei, præsentare vel conferre non potest, ita etiam, si facta hac declaratione proprietatis post præsentationem vel electionem jam factam ante institutionem, tamen vel confirmationem ab eo præsentati vel electi, procedi non potest; quia proprietas absorbet possessionem. Castrop. loc. cit. n. 2. citans Lamb. p. 1. l. 2. q. 2. 4. 6. Covar. qq. pract. c. 14. n. 2. Garc. n. 45. citans infup. Ienoch. Decum. Gutt. & plurimos alios, cum plur. us Rotæ decis. Si vero prius post factam à tali possesso collationem manifestetur seu declareatur proprietas spectare ad alium, collatarius, etiam nondum consecutus est possessionem, nequaquam removeri debet; sicut nec institutus aut confirmatus ante dictam declarationem; cum per collationem, non secus ac per confirmationem, & institutionem, etiam ante possessionem, acquiratur jus perpetuum in beneficio. Nec obstat, quod proprietas absorbeat possessionem; quia id intellegitur respectu futurorum eventuum, nimirum collationum, institutionum, confirmationum deinceps faciendarum, non autem respectu præteriorum, ut patet ex cap. cum Ecclesia Sutrina. Garc. n. 57. & 58. Lott. l. 1. q. 34. n. 32. Castrop. loc. cit. n. 2. contra Gabriel.

**Quæstio 730.** Quid si ergo præviso à tali possesso objiciatur resistentia juris, per quam ille redditus sia inhabilis estius possessionis conferendi?

1. R Espoudeo primò: hac resistentia supposita, dubium non est, exigere titulum, ita ut non sufficiat sola possessionis probatio. Lott. cit. q. 45. nu. 17. citans c. si diligenter. de prescript. c. 1. cod. tit. in 6. c. 2. de restit. spoliat. in 6. Beroum in c. 1. de restit. spoliat. & Verall. decis. 296. n. 4. p. 1. Observandum autem est, aliud esse jus resistere; aliud jus non assistere; tunc enim jus dicitur resistere, quando actus expressè improbatur à lege, vel à ratione in lege expressa, utpote quæ legi ipsi æquiparatur, ut Gl. inc. ut litigantes. v. statuimus. de off. Ordinar. in 6. Et hujus resistentia juris tota vis & effectus illuc vergit, ut reddat personam incapacem possessionis, ut Lott. loc. cit. n. 27. & l. 2. q. 13. num. 38. ex Covar. var. resol. l. 1. c. 17. n. 7. non assistere autem tunc dicitur jus non solum, quando nihil di-

Ee sponit,